
Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]

DABOX



BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]

ORATIO HABITA XII. DIE NOVEMBRIS IN ITERATIS EXEquijs funeris Illuſtriſs. Principis ac Dominæ, ANNAE AVGVSTAE, &c.

A

IOHANNE MAIORE D.

VITEBERGÆ

Excudebat Matthæus VVelack.

ANNO M. D. LXXXV.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]

ORATIO
HABITA XII. DIE NOVEMBRIS IN ITERA-
tis exequiæ funeris, Illuſtriß. Principis ac Dominæ, ANNAE AVGV-STAE, &c.

SI quis in hac vita labor imminet: ora repente
Vertimus ad cœlum, concipimusq; preces.
Natura ſcimus quòd robur in æthere noſtrum eſt;
Hinc & ſpes ſuperas fertur adiſſe domos.
Sic ubi difficilem vetus offert fabula caſum,
Vindicis humani qui ſuperârit opem:
Æmula tunc cœli produxit machina Numen,
Præſidium à ſuperis omne venire notans.
MORS erat in promtu, via nulla ſalutis ADAMO:
Ecce Dei natus voce ſalutis adeſt.
Hæc vox ſpem lapſo dedit, ac ex morte retraxit,
Vox autor vitæ, ſi fuit hauſta fide.
NVNC ingens cogit dolor os attollere cœlo,
Si Deus apparens fata leuare velit.
Nil benè noſtra poteſt ex ſe præſtare facultas:
Sed tua ſi regit hanc gratia CHRISTE, poteſt.
Tu mihi verba feras in luctu Chriſte leuando:
Cùm tu das animis ſpem, dolor omnis abit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]

Tuq́ꝫ, Paterq́ꝫ tuus cum Flamine, trinus & unus
Ferte pedem ad curæ triſte recentis opus.
Non me laudis amor, pietas ſed debita matri,
AVGVSTAE matri ſoluere iuſta iubet.
Officium ſequor; at ſi quis tamen inde reſultet
Veſter erit fructus, gratia veſtra fuit.
Ergo ſuas lauet illa manus in carmine noſtro,
Vt blando ſtrepitu vena canora fluat.
Vtq́ꝫ vicem chordæ fertur ſuppleſſe cicada,
Eumonio citharam ſollicitante ſuam:
Sic mea vox laceri ſupplet modulamina ludi,
Quæ ſit rauca licet, ſi pia, grata Deo eſt.
SED viles animæ ſumus, & quos ſiſtere coram
Maieſtate Dei non ſua culpa ſinit?
At ſe conſtituit patronum, & partibus hærens
Filius à noſtris fert ſua verba Patri.
Dignus is eſt, cuius precibus Pater annuat æquus,
Cùm ſit par æuo, luce, vigore, gradu.
Ergo vel grauitas tutelæ ipſius obumbret,
Si valor à precibus poſsit abeſſe meis.
A prece in hoc cœtu ſermonis origo trahenda eſt:
Omnia præmiſſa ſunt leuiora prece.
NAM ſacris dominæ exuuijs, quæ viua fuerunt
Templa Dei trini, templaq́ꝫ rurſus erunt:
Officium exequimur, ceu magni parua doloris
Pignora: ſed dominæ debita iuſta piæ.

Non à mente pia eſt alienum, ſumere motus,
Atq; dolore ſuo fata aliena ſequi.
Nec tu propterea fato IOSEPHE reſiſtis
Diſceſſu patris ſigna doloris habens.
Proſequimur lacrymis Abramus funera Saræ,
Et domus in luctum tota ſoluta gemit.
Ipſe Dei natus pro rapto luget amico,
Et gemitus fremitu concomitante ſonat.
Sic dolor AVGVSTI noſtra agmina fœdere tangit;
Et rigor eſt lacrymas velle inhibere pias.
Quo caput in luctu verſetur, voluite quæſo;
Dimidium cordis ſentit abeſſe ſui.
Nonnè dolor capitis vel in infima membra redun-
Nerui cum cerebro ſunt ratione pari. (dat?
Vult utrunq; Deus, nos ſorte ac morte propinqui
Concipere affectus ex pietate ſatos:
Et ſimul amplexu fomenti ad vulnera mortis
In luctu ac lacrymis nos adhibere modum.
Mutuus hic animis fauor; eſt impreſſus ab ipſo,
Vt ſuus in Natum, noſq;, pateret amor.
Sic qui res geſtas hominum non ornat honore
Quos Deus ornauit motibus, arte, gradu:
Is non agnouiſſe Deum & ſua dona putetur,
Ac ad fortunam facta referre Dei,
Grata Deo eſt pietas exempla agnoſcere rerum,
Quas ſua vis præſens membra per iſta gerit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]

Semper habet quod agat Nati præſentia mundo,
    Ac operum in partes hos, aliosq́ꝫ vocat.
Sunt igitur grates tantis pro rebus agendæ,
    Si iuſti ac veri gens ſtudioſa ſumus.
Gratia nam geminas complectitur una ſorores,
    Iuſtitiam, ac veri cui data cura ſubeſt:
Hæcq́ꝫ boni agnoſcit fontem, & ſermonibus ornat;
    Rurſus ad alternas obligat illa vices.
ERGO modis ANNAE referenda eſt gratia multis,
    Quæ domina his oris, matris habebat onus.
Digna coli pompis, pietas ſi talia poſcat,
    Aut velit his pompis umbra modeſta coli.
O tantùm ex animis non excidat huius imago;
    Et ſint qui memori munera voce ferant.
Vtq́ꝫ pares ipſi patriæ Deus excitet oræ:
    Veſtra etiam votis addite vota meis.
Tum fora, tum morum cenſuram, arteſq́ꝫ diſertas,
    Notitiæq́ꝫ ſuæ ſemina pura tegat.
HORVM quòd cultrix fuit: hoc nos reddimus ipſi
    Officium, & pro te verba referre iuuat.
Cauſſa precum in promtu eſt: ardet Germania bellis;
    Hei mihi, quàm multas mors dabit una vices.
It ſpecie AVGVSTVS contracta, & amabile frontis
    Numen ut inductæ faſcia nubis obit:
In Solis ſpecimen, radios cui fortè micantes
    Cum ferrugineo tegmine Luna premit.

Vela tamen fronti prætendo: quòd ædere ſenſum
Ex obitu dominæ penna, colorꝗ; nequit.
Quis patris affectus, aut orbi comparis æquet?
Naturam verbis vincere nemo poteſt.
Hvic luctum lenire pium eſt prece, carmine, luctu;
Lenitur ſocio ſæpè dolore dolor.
Sed prece res melius geritur, quàm ſindone nigra;
Plus habitum mentis, quàm lacrymantis amat.
Tangere ſi natos debet fortuna parentum:
Annaꝗ; non rectrix, ſed pia mater erat:
Vt, quod habet nomen, ſi vox Ebræa notetur,
Gratia fatali cum bonitate probet:
Non pulla palla, vittaꝗ;, ſed ordine vitæ
Afflicto pietas noſtra probanda patri eſt.
Plus nos fata mouent animas lædentia claras,
Quàm quæ de media plebe fuêre ſatæ.
Nam ſi magna cadunt, ceu nomina parua: fatendum eſt
Fluxas eſſe vices, & nihil eſſe diu.
SED quis eum caſus, quæ poſſunt lædere fata
Qui nixus Chriſti ſanguine fata ſubit?
Et, quòd is impleuit Legem, ac humana rependit
Debita ſupplicijs obſequioꝗ; Patri,
Mente tenet: meritumꝗ; ſuos hoc aptat ad uſus,
Et victam mortem morte ſcit eſſe Dei.
Mors ex labe ſata eſt: ſed mors iam labe piata,
Quæ vis mortis erat, viribus orba iacet.

Ergo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]

ERGO mali ſenſit nihil, aut quod lædere poſsit,
Quòd mors ipſa mali finis, origo boni eſt.
SED nos fortè vices, quæ funera clara ſequuntur,
Neſcio quas, animi luce videre licet:
Nec tamen expreſsiſſe libet; ſed ut omen in auras
Diſsipet, oremus ſupplice voce Deum.
Mota equidem cœli non certo flamina ſigno,
Dura quòd immineant fata, dedêre minas.
Hæc ſtragem arboreo generi fecêre; ſed illam
Triſtior ô ſtrages nulla ſecuta foret.
Hanc mihi non una ſatis eſt exponere forma;
ſæpè etiam in grauibus rebus imago placet.
Nox erat, & miro cum turbine ventus obortus
Matribus & natis cauſſa doloris erat.
Nanq; Hyacinthe tibi LIBANOthin vulſit ab horto;
Hei hei literulæ ſunt hyacinthe tuæ.
Hanc rex Cimbrorum cum rutę iunxerat herbis,
Vt capiti auguſto digna corona foret.
Hæcq; Deo, ac vitæ ſociæ præſtabat odorem;
Officia antè homines nempè, precesq; Deum.
Ac, ut ſunt herbis quoq; mas & fæmina certis,
In ſexu pullos fudit utroq; ſuos.
Vnde ſuam Pomona ſibi, ſibi vinea partem,
Vnde Leo partem gaudet habere ſuam.
Pars vt nil ſtabile eſt, & florum forma caduca eſt,
Fatali ex Auſtro marcida facta ſolo eſt,

Donec

Donec eas Zephyri reuocet vox alma ſub auras,
Quando nouum verè Ver erit orbe nouo.
Eſt herbis etiam ſua mutua gratia fato,
Eſt odij ſenſus, diſsidiumq́ꝫ latens.
Arcanum hæc habuit fœdus cum viticis herba,
Quam Cygni, cultri xtuıba pudoris, edunt.
Et Panace huic curæ fuit; at læthale PAPAuer
Non tulit in campis nomen habere ſuis.
Tum capiti affecto cum flore & odore ſaluti eſt,
Et Vertumne tibi non ſinit eſſe locū (horto,
EST mihi, ſitq́ꝫ precor patrio Chryſanthemon
Cui genus augenti forsq́ꝫ, Deusq́; fauent.
Non falx huic noceat, ſe d ſit nix ſera, nec Auſter
Inuidia lædat germina noſtra ſua.
Te LIBANOthis agri decus & ſolatia quondam
Elyſio in campo mollior aura fouet.
Ac ſuperûm regi parat inde Napæa corollam;
ANthos eras nuper, nunc Amaranthus eris,
Hoc ſoliti veteres ſimulacra ornare deorum;
O quantum decus eſt te decus eſſe Deo?
HACTENVS occultis rem veram inuoluimus um-
Vnaq́ꝫ diuerſo facta querela modo eſt. (bris,
Sol caput, atq́; diem vix noſtro abduxerat orbi,
Plĕïas occiduas manè ſubibat aquas.
Cùm natura dedit vi morbi oppreſſa ruinam,
Qua dominum, atq́; domum concrepuiſſe ferunt.
O flos officij, ſpecimenq́; in amore iugali,
Monte tua pallet, qui modò luxit honos.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]

Si repetas ortum generis: rex ſanguinis autor,
Danica qui latè ſceptra tenebat, erat.
Huius nemo poteſt virtutem æquare canendo,
Quem cœlo æquauit gloria, vita Deo.
Sed iam non referam genus, & decora alta paren-
Quòue æui florem triuerit ipſa modo: (tum,
Quòdq; animo ac geſtu virtutum exemplar habe-
Et ratio in factis eſſet, in ore fides: (ret,
Quæ maiora meis non poſſem reddere verbis,
Cùm fama implerint Solis utranq; domum.
Tàm benè non vitis forti ſeſe applicat ulmo,
Quàm domini ad mores hæc erat æqua ſui.
Huius & ex geſtu ſenſus collegerat imos,
Nulla voluntatis vel data ſigna forent.
Offenſasq; alijs factas ſanare ſtudebat;
Mens pia cùm poſsit iurè nocere, iuuat.
Obſeruansq; aditus, & idonea tempora fandi
Huic graue regnandi voce leuabat onus.
Non quaſi iura daret, ſed conſuetudine blanda
Prudentis referens Abigaëlis opus.
Non oleũ ad flammas, ſtimulosùe adiecit ad iram,
Pœna ut confeſsis eſſet acerba reis:
Æmula ceu furiæ Ieſabel, dans ſemina cædum:
Aut Hecuba in rabidum crimine verſa canẽ.
Ad veniam hunc flexit prece, communemq; volu-
AErumnam, incautis profuit ore reis: (tans
Mos vt hic extinctæ, domini ſub mente recurrens
Haud dubiè multis nunc quoq; vincla leuet.

Lubrica

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]

Lubrica ſæpè via eſt; magni cecidère, cadentq́;,
Quiq́; hodie eſt illi, cras tibi caſus erit.
QVIN etiam Eſtheræ referens exempla modeſtæ,
Prima ad communes vox erat ipſa preces.
Sæpè Deo ſacras res, & commertia vitæ
Eſt ſolita in votis commemorare pijs.
Ad quæ non dubium eſt animum accepiſſe quietum,
Publicaq́; in melius fata tuliſſe, Deum:
Hæcq́; moram Scythici feciſſe incurſibus hoſtis,
Et vallum ad Latij præſulis eſſe minas.
Hocq́; fuit curæ migranti ut ſemina lucis
Perq́; manum, ac vocem tradita gentis eant.
Cauit ne vitium facerent ſtructa atria Muſis,
Vt poſſent artes cum pietate coli.
Nam fulcit pietas artem, & fulcitur ab illa,
Alteraq́; alterius gaudet honore tegi.
Optima ſors homini eſt res illuſtrare ſalubres,
Et munire forum lege, pudore thorum.
HAEC bona pòſt numen debent accepta referri
ANNA tibi, & dictis ſera per ora vehi.
Cuius erant mores, ut mens erat; omnibus æqua,
Et doluit quoties debuit eſſe grauis.
Quò quisq́; & melior genere eſt, hoc mitior idem
Præ tumidis timidi complacuère Deo. (eſt;
Sic tenui gaudens cultu, modicoq́; paratu,
Continuit iuſto remq́;, animumq́; modo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]

Eſt graue, ſed pulcrum ſi quis ſe continet ipſum,
Et gerit in magnis pectora preſſa bonis,
Ac modus in victu virtutum ſemina nutrit:
Sed rarò officium prodiga turba facit.
Nam ſi temperies cerebri, quæ condita ſeruit
Notitiæ rerum, flamina cruda trahit:
Vt ceu vorticibus fumi quaſſetur adactis:
Lux, & notities læditur alma Dei:
Mensq́; vigore carens in rerum indagine languet,
Officium ceſſat, curaq́; nulla precum eſt.
Vi cerebri læſa, ſenſus ratioq́; fatiſcunt,
In peiuſq́; habitus corporis omnis abit,
ERGO cibi ac potus lex uſurpata modeſtè,
Vota animi hanc frenis continuiſſe probant:
Et mentem abduxiſſe ſuam à contage profana,
Pectora nec flammis ſollicitaſſe vagis.
Vnde Deo iucunda, Deo ſua vota rependit:
Vnde retenta fides, unde retentus amor,
Non uſura Dei, nec gratia ſordibus uſu eſt;
Mens refugit caſtum fœda vocare Deum:
Pellitur Aura Dei regnan te libidine carnis:
Dona cadunt; lethi ſqualor in oſſa ſubit,
Ergo pudicitiam reliquis virtutibus addens
More Dei eſt ignes ignibus ulta vagos,
Augendi generis cauſſa tantùm uſa fuiſſet
Prima thoro ſocio gens, niſi lapſa foret.

Nunc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]

Nunc quia ſors hominum languet: res ipſa iugalis
Debet ad infandas eſſe medela faces:
In ſocio victu caſtiſsima vita duorum eſt;
Rara pudicitia eſt, quæ ſine lege thori eſt.
Hos igitur lecti ſe lege aſtrinxit ad uſus;
Nil magis offendit quàm vaga flamma Deum.
Nanq; modum inſtituit generandæ prolis; & ipſum
Incluſum certis finibus eſſe iubet.
Perq; bis octo vices Lucinæ paſſa labores
In gemino ſexu pignora clara tulit.
Seq; ſalutari poſitam in ſtatione ſciebat
Chriſte tibi nitens, officiumq; colens.
Cùmq; ſinu teneros, complexu auulſit adultos
Parca mares, generis ſpemq;, decusq; ſui:
Ceſsit prona Deo, & fremitus non ædidit ullos,
Vt bona qui dederat, iurè tuliſſe putet.
LVXIT in utendo ratio, mens æqua carendo,
Et cùm ſe poterat tollere, flexit humi.
Æra, poteſtatis neruum, haud ſine lege profudit,
Magnifico cenſu cum ratione fruens.
Nec pudor obſtabat curam impendiſſe minori;
Ad viles operas præbuit ipſa manus.
Moreq; Pæonio ſuccos miſcebat ad uſum,
Qui laſsis referunt vim, validisq; fouent.
Tàmq; piam geſsit caro pro coniuge curam,
Poneret ut fida fercula ſtructa manu.

Cauſſarum'ꝗ thori cenſores eſſe ſupremos,
Reſponſisꝗ horum iuſsit ineſſe fidem:
Aſſerat ut ſacris ſua iura hic ordo miniſtris,
Atꝗ piæ miseras res ſtipis ære leuet.
Hic ſedem poſuit chelas Aſtræa relinquens,
Vt ius oppreſsis redderet urna ſuum.
Hoc eſt, iuſtitiæ locus eſt, & habentur honores;
Non odium cauſsis præſidet, atꝗ fauor.
Sed ſoror interpres clementia iuris acerbi eſt,
Ac in conſilium vult adhibere modum.
Difficilis regnare labor, parere quietus;
O quantum curæ, qui benè præſit, habet.
HAS etſi ſequitur ſua laus & gratia dotes,
Quando fides præfert his, alijsꝗ facem:
Ac ubi iuſta modum ſeruat cenſura: nec ultrà
Quàm fas permittit fert ſua iura rigor:
Et pulcrum decus eſt hæc diſciplina renatis,
Externos geſtus ſub ratione tenens:
Non tamen hoc geſtu foris, aut virtute togata,
Ceu folio ficos tecta virente fuit:
Maius in hac fulſit decus, ornamentaq; mentis
Antè Deum radios explicuêre ſuos.
Nanꝗ vbi cor verſum cœleſte ad numen haberet,
Quod Nati unigenæ vult in honore coli:
Et curæ, ac operis rector ſacer halitus eſſet,
Qui cor ad aſſenſum voce ſonante ciet:

Tunc

Tunc ſuperi motus egerunt ſemen in ipſa,
Lux, cui notitiæ copia facta Dei eſt:
Quæq; Deum obiectu Nati fiducia poſcit:
Et quos in ſeriem ponere, longa mora eſt:
Qui pietatis erant monumenta expreſſa, nec um-
Nam virtus fidei dat documenta ſuæ. (bræ;
Ergo Deo virtus placuit quæ fulſit in illa,
Dum ſcit ſe Chriſti morte placere Deo.
Cui ſimul eſt fuſus ſacer in præcordia Flatus,
Qui dedit huic motus, quos habet ipſe, pios:
Vt foret in morbo mens æqua, nec ulla dolorum
Aſperitas voces exprimat ore graues:
Vult ſibi nos ſeruire Deus ſi mole fatigat,
Seruijt ut nobis Filius ipſe Dei.
Huic omnem ſenſum moriendi, mentio Chriſti,
Et meriti immenſi copia facta ſui,
Abſtulit: ac animæ diſceſſum à carne leuauit,
Vt mors ſit requies, vita putanda labor.
Mors nihil à nobis niſi morbum, & crimina tollit,
Surget homo, morbum, & crimina linquet humo.
Nunc benè de domina eſt actum, quam rebus acerbis
Præreptam in ſupera collocat arce Deus.
Nam ſcelera impellũt hunc ad iuſta arma moran-
Vt ſit in Orbe fames, & ſit in urbe lues. (tem
Hæc eadem altricem nobis rapuêre benignam,
Præſidium, numen, lumen, & omne decus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]

Vt ceu ſylua comis apparet mœſta reuulſis,
Vlmus & abſciſa vite decore caret:
Sic nos ornatu patriæ ditionis ademto
Mente grauis luctus, corpore ſqualor habet.
Percipimusq́; animo ſenſum ex mærore regentis,
Quem grauis extincta compare luctus habet.
Nec tantos gemitus trahit orbus coniuge turtur,
Halcyo nec ſocio ſic dolet orba ſuo.
Huic cumulum ad reliquos hæc fert ærumna labores,
Quos ipſi in patriam cura paterna facit.
Vulnus ut hoc cordis nullus leuet arte Machaon;
Sed ſcit parendum legibus eſſe Dei.
Nam doctrina Dei certis nos vocibus implet,
Non ſcola Democriti, non Epicure tua.
Non animi nobis ſtat in hoc perfecta voluptas
Omnis ut ex illo poſsit abeſſe dolor:
Sed ſibi perſuadent mentes quòd viuat, & adſit,
Quòdq́; homines curæ nos ſibi numen habet;
Et quòd opum Chriſti conſorti iure fruantur
Quos hoc ad ſuperos euocat orbe Deus.
Cùmq́; ſciat, cauſſas humanæ reddere cladis,
Quæq́; ſit in noſtris ſpes adhibenda malis:
Æquo fert animo quod fata, Deusq́; volebant,
Noſtra quòd in manibus vitaq́;, morsq́; Dei eſt,
Non operis noſtri eſt quòd in has educimur auras,
Vita nec inuito migrat ab orbe Deo.

HAEC

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]

HAEC quoq; res aliqua leuat ipſi ex parte dolorem,
Quòd fuit in medio reddita vita precum:
Et prius vtilibus de rebus mutua fecit
Verba, per ingenuas imbre fluente genas:
Et quòd vera ſuæ pietatis ſigna marito,
Atq; Deo, nondum morte ſoluta, dedit.
Hæcq; fidem AVGVSTO faciunt, quòd luce potitur
Ante Deum, & Nati ſuſpicit ora ſui:
Et quòd ibi rurſum ſit complexurus amanter
Præſtita fortuna cui ſit utraq; fides.
Namquòd amoris erant in utriſq; incẽdia magni:
Pignora de thalamo nata bis octo probant.
Morte nec alterius pia flamma receſsit in auras:
Sed deſiderijs robora viua capit.
Hæret & in natis amiſſæ cura parentis,
Et memores ſenſus ſtringit imago tenax.
Et licet in vita nil ſenſit acerbius omni:
(Nam grauior ſenſus pectora celſa ferit:)
Hæc ſpecies rerum tamen affert gaudia menti,
Sedaturq; pia cum ratione dolor.
Vtq; leuant medici perſæpè venena venenis:
Sic & mors hominum morte leuata Dei eſt.
Subde animum, & tua vota Deo, & iam parce querelis;
Scis AVGVSTE quibus gaudeat ANNA bonis.
Teſtis es, hanc inter pia vota fuiſſe ſolutam,
Quæ ſuperum ad cætum recta, patensq; via eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]

Huic dat iura Dei natus, uultuq́ꝫ ſereno
Compenſat fatis fata priora nouis.
ANNA, nurus inter ſacras ſocia addita SARAE
Voces de dominis dant, capiuntq́ꝫ ſuis.
EVA, ſuos caſus ſolatur ſorte MARIAE;
Inq́ꝫ vicem confert fida REBECCA ſonos.
Quòdq́ꝫ locum auguſtis in cætibus obtinet ANNA:
AVGVSTO laus eſt ſeſe habuiſſe Deam.
Nec Chriſto inuideat quòd terris tranſtulit ipſam,
Quam propter terras factus obibat homo.
Cur lacrymis ſequimur mixtam felicibus umbris,
Quò ſi quis venit, lacryma nulla venit.
Si flendus ſtatus eſt hominum: tunc flere neceſſe eſt
Quando mali exortus, non ubi portus adeſt.
Non ita lugemus cui non ſit vita ſuperſtes:
Huius nos uſu nempè carere, graue eſt.
Nam ſua tunc norunt homines bona, quando carendum (eſt;
Vel præſens ſpernunt, præteritumúe dolent.
Sed quid in his faciant homines, quæ nulla referre
In lucem ratio, nulla querela poteſt?
Quid, niſi quod non eſſe putent ſua, quando tenebant,
Et quando amittunt, ſe retuliſſe Deo.
Nil propriè noſtrum eſt; nec poſſeſſoris habemus,
Sed modò præfecti nomina ſorte breui.
Si Deus hæc repetit, repetenti cedere fas eſt:
Proq́ꝫ uſu grates voce referre: pium eſt.

Hac

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]

HAC igitur præſente bono nos lege fruamur,
Vt benè nos uſos mens quaſi teſte probet.
Huncq́ diu incolumem ſeruent ut fata precamur,
Seruari noſtra quem prece fata volunt.
NOS tamen agnouiſſe bonum, quod tempus ademit,
Arguit hic cineri carmine factus honos.
Vobis eſt eadem res & ſententia mecum:
Carmina cum geſtu fortè fuêre mea.
Quæ ceu ſigna dedi veſtri vocalia ſenſus,
Communisq́ una voce querela fuit.
SED ſi fata vocant, non ſucci auertere morbum,
Non morti poterunt gramina ferre moram.
Quare non lacrymis noſtris uult umbra reduci
Ad lacrymas, quibus eſt morte ſoluta ſemel.
Quæ vitæ inuidia eſt cœlo, atq́ quietis in urna?
Cùm mors morte Dei victa, ſit alma quies.
Vt poſthac benè ſit mala paſſæ, & vindice Chriſto
Fine bono vitam clauſit in orbe bonam.
NON homo totus obit, ſed quodam èx carcere tranſit;
Si tamen eſt auctus prole, renatus erit.
Hocq́ magis, ſi ſit ſua proles conſona patri,
Quaq́ gerit partes, iudicet eſſe Dei.
Quam genere ac virtute ſuis maioribus æquam,
Et miſſam è cœlo nunc in honore ferunt.
Hancq́ ut fata diu ſeruent, & honoribus ornent,
Omnes ad cœlum vota, manuſq́ leuant.

 RECTOR

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]

RECTOR ACADEMIÆ VVITEBERGENSIS.

REcens vulnus eſt, quod ex morte Inclytæ Principis, coniugis dilectiſſimæ Illuſtriſſimi Ducis Saxoniæ AVGVSTI, *Electoris &c. Domini noſtri clementiſſimi accepimus, eiusq́; ſenſum & memoriam ita facilè ex animo deponere non poſſumus. Etſi enim laudatiſſima illa princeps, quæ in religioſa fide & fiducia in Filium* DEI *placidè deceſſit, lacrymis aut querelis non reuocatur, neq; ſi optio daretur, redire cuperet ad communes vitæ huius miſerias, cùm gloria & lætitia nunc fruatur ea, quam cogitatione nemo hominum aſſequi, nedum oratione poſſit exprimere: tamen noſtra cauſſa dolemus, metuentes calamitates publicas & priuatas, quas ſequi ſolere mortes Principum, de exemplis hiſtoriarum conſtat: tum præſertim, quando homines ingrati non agnoſcunt beneficia, quæ* DEVS *per pios ac ſalutares Magiſtratus hominum ſocietati tribuit: & quando profana ſecuritas accedit, contemnens ſigna iræ & iudicij diuini, ac delicta delictis cumulans: cuiuſmodi hæc tempora noſtra eſſe, pij atque moderati cum gemitu & dolore agnoſcunt ac deplorant.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]

rant. Quare DEVM oramus, vt in ira miſericordiæ ſuæ recordetur, & meritas pœnas clementer auertat aut mitiget: ſaluum diu & incolumen nobis hunc oculum Germaniæ, Illuſtriß. Principem Electorem, Dominum noſtrum clementiſsimum conſeruet: tueatur harum regionum Eccleſias & Reſpublicas: comprimat ſæuitiam graſſantis peſtilentiæ, gubernet ſtudia & labores noſtros, vt ſeruiant gloriæ ipſius, & nobis atq; alijs ſalutares ſint & fructuoſi. Has preces & vota cùm omni tempore religiosè nos facere decet, tùm hoc inprimis, vbi res communes ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ſunt poſitæ, & mala plura ac maiora impendent, quàm animo fortaſsis cogitare & proſpicere poſſumus: vt meritò ad DEVM conuertere ſeſe vnusquisq;, eiq; ſalutem communem & ſuam precibus ſuis commendare debeat. Et quia omni ratione ac ſtudio teſtari cupimus dolorem noſtrum, quem in animo circumferimus, ex obitu Illuſtriß. Principis ac Dominæ noſtræ: conuenietmus ad iteratas funeris eius exequias, die ab hinc ſexto, qui erit XII. menſis huius: quo die Vir Clariß. & Poetarum decus eximium, D. JOHANNES MAIOR, Collega noſter, ſuis etiam Muſis celebraturus eſt memoriam Inclytæ & AVGVSTÆ Principis, demor-

tuæ: Quod officium cùm ſponte ſua ſe debere intelligebat pietati ac meritis Clementiſsimi Magiſtratus noſtri, tùm nobis rogantibus præſtitit ſtudioſius ac libentius. Cùm igitur ab eius ingenio & doctrina erudita, nihil vulgare nunc etiam expectemus, vos hortamur, vt indicato die, hora IX. in Schola maxima conuenire, atque ijs audiendis, quæ tum recitabuntur, operam attentè ac placidè dare nobiſcum velitis. Quod enim Illuſtriſsimæ Dominæ noſtræ ac matri patriæ deinceps præſtare poſsimus, nihil aliud ſuppetit, quàm vt eius memoriam cum caritate & obſeruantia retineamus, ac virtutes nobis imitandas proponamus, quæ in ea illuſtres fuerunt ac præcipuæ. Quam ad rem cùm ſuum hoc ſtudium & induſtriam conferat Poeta præſtantiſs. Muſis eius gratiæ debentur, & erit celebritas famæ ipſarum perpetua. PP. VII. die, menſis Octob. Anno Ieſu Chriſti M. D. LXXXV.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]

2107.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2107 4° [35,-168]